1511.

# Sigismundus I. Rex Poloniæ Summo Pontifici.

165

Beatissime Pater.

Venerabilis Dominus Jacobus Schutz, et Cubicularius quondam divi Leonis Pontificis post nullas difficultates, ad quas, cum obligationes pro socijs factæ redegerunt pro quibus se vadem hijs creditoribus posuit, qui nullius juris beneficio, nec ullis ingenijs creditam pecuniam ab eis extorquere possunt. Constituit tandem ita suis rebus prospicere, ut in sumpta pecunia in dissolvendo ære alieno per eosdem socios contracto, sine ulla spe ejus recuperando, se liberet ab hijsdem difficultatibus in quibus positus cogitur ita delitescere, ut se non possit adaptare, et accommodare, se ulli dignæ actioni pro quo ego oro, cum sit ejus animi, quod malit perdere pecuniam, quam honori et saluti suæ deesse dignetur Vestra Sanctitas sibi tantum gratiæ impartiri, ut

ejus

ejus beneficio adjutus istic secure sub ejus protectione manere possit, donec cum hijsdem creditoribus de ea parte aeris praedicti dissolvenda, quae inter alios sponsores ad se pertinebit pacisci, et componere valeat, et sese ea hujus labyrynthi involucris explicare, atque, ut ait, per imprudentiam est inductus.